

Henschir Ain Tarf esch Schna, ubi fuit municipium Apisa maius provinciae Africae, iam Tuvete (VIII 774 cf. p. 1260 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) Anaglyphypha laterum ad fulminis nuntiationem in ineundis magistratibus sollemnem refert Mommsen.

3659 ex imperio | Geni Alotiani¹ | Euaristus servi|tor deorum ex vi|so lib. an.

Neapoli olim, nunc Florentiae (X 1560 vidit Henzen). — 1) Fortasse ab Haloto quodam nomen ductum.

3660 Genio domi¹ | suae | Sex. Pompo|nius Caeci|lianus vet., | ex strat., | aram res|tituit.

Lambaesi (VIII 2597 vidit Wilmanns). — 1) Genio domus sacrum titulum Africanum habes supra N. 1091, alium VIII S. 21605 = Eph. ep. 3, 1053; cf. etiam supra N. 5374 v. 6.

3661 Genio | macelli | Flavius | Urbicio | ex voto | posuit | sacrum. *Bracarum Augustae (II 2413 semel descripta).*

3662 (*Iuppiter sedens. A dextra eius Minerva versa ad marmorarium in scalpendo capite columnae occupatum; iuxta grandis machina qua columna erigitur. A sinistra Iovis Diana; deinde figura habitu ut videtur muliebri, manu sin. cornu copiae tenens, libans ad arom; postremo ingens serpens, crista barbaque insignis. Supra eum serpentem et caput figurae illius incisum est*) Genius [the]atri¹. (*In margine inferiore tabulae*) Lucceius Peculiaris redemptor prosc[a]eni | ex biso (*sic*) fecit.

Capuae, tabula marmorea sculpta (X 3821 vidit Mommsen. Imaginem dedit A. S. Mazochius in mutil. Campani amphitheatri titul., et ex hoc Millin Galerie myth. tab. XXXVIII fig. 139, alique). — 1) Dubitari potest, utrum hoc ad serpentem pertineat (ut sub eius imagine Genius repraesentatus sit) an ad figuram adstantem, quam, cum muliebris esse videatur, Fortunam esse putarunt nonnulli (Jahn Berichte der sächs. Ges. d. W. 1861 p. 504). Qui saeculis prioribus tabulam viderunt Mabilonius et Mazochius, iis figura illa mascula visa est.

3663 pro salute | dominorum | Genio horreorum | Saturninus et | Successus | horreari | donum dederunt, | Caesare Vespasiano VI | Tito Caesare imp. IIII | cos.¹

Romae (VI 255 vidit Henzen). — 1) A. 75.

3664 Genio horreorum | Leonianorum et | Herculi salutari¹ | Luci Scanti Gemelli | Musaeus libertus.

Romae (VI 257 servavit Accursius). — 1) Cf. N. 5445.

3665 Genio | horreor. Seian. | L. Volusius Acindynus p.¹ | et L. Volusius Acindynus f.² | signum Aesculapi | sua p. d. d.

Romae (VI 258 saepius descripta saec. XVI. XVII). — 1) Pater, 2) filius.

3666 Genio Larum | horrei Pupiani | L. Lepidius Politicus, | C. Pupius Blastus | [d.] d.

Arimini (XI 557 vidit Bormann fractam, quae perierunt supplevit ex apographo facto saec. XV).